



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 29. Papa inaugurator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

e suis exire terris maluit. Agnoscamus s̄ecul XIII.  
ætati tuæ incommodum esse iter mense A. G. 1294  
Augusto. Sed lectica ferri poteslqment p. 456.

§. XXIX.

Papa inaugurator.

His eorum rationibus neutram cōm̄  
motus Papa Aquilæ initiari planer  
voluit suafore Rege Carolo Claudio in  
creatione novorum Cardinalium mones  
strandi, quid posset, cupido Cardinalis. *Ughell to. I.*  
Latinus Malebranchius de Ursinis tab. *p. 86.*  
quam Episcopus Ostiensis debebat Pas  
pam sacrī imbuere: sed animam edidit  
Perusiae 10 Augusti. Papa episcopatum  
Ostiensem Hugoni Seguino Billemi in  
Arvernia nato Cardinali Presbytero de  
S. Sabina contulit, eumque per Archie  
piscopum Beneventanum consecrari jus  
sit. Tum electi Papæ insigne seu infu  
lam auro gemmisque splendidam a Na  
poleone Cardinali Diacono, qui Aquilam  
cum Hugone venerat, allatam ipse impos  
suit sibi, simulque sumpsit nomen Cœle  
stini. Cum Napoleon id pervulgasset,  
Episcopi, Reges, Clerus, & Optimates  
novi Papæ pedes osculatum venere,  
qui supra locum editum populo bene  
precatus est.

Cardinales his rebus cognitis Aqui  
lam properarunt, ubi Cœlestinum die do

A a 2 minica

Sæcul. XIII.  
A.C. 1294.

minica 29 Augusti novus Episcopus Ostiensis Cardinalis Hugo inauguravit. Matthæus Ruber inter Cardinales Diaconos senior Pallium de ara prehensum illi præbuit, & post sacrum coronam impo-  
suit pontificiam. Deinde Papa supra tabulatum in campestri planicie templo proxima exstructum confedit, ut se monstraret populo: & Aquilam rursus intrabat solennem inter pompam omnium ordinum instructo agmine procedentium candido vectus equo. Denique cum Cardinalibus epulum pro more celebra-  
vit.

Etsi nec sanitate mentis, nec judicio carentem ad loquendum apte, communis tamen vitæ ac civilium rerum ignorantia incertum reddebat & timidum. Parce adhibebat verba, semperque Italia-  
ca, sermonis Latini non satis gnarus, ut hoc auderet uti; nec unquam ore suo, sed per alios publice respondebat. Quod Cardinales haud consuleret, in delectu Episcoporum & Abbatum fallebatur cre-  
bro seu per se seu instinctu alieno.

Etiamnum Aquilæ versans, ad Epis-  
copos de more circummisit epistolam de  
*Rayn. to. 15. app. an. 1294* pontificatu suo, in qua dicit: Hoc munus  
censebamus nostras adeo superare vires,  
ut nos terreret, eo magis, quod a longis-  
fimo tempore in solitudine viventes cu-  
etas rerum urbanarum curas abdicasse-  
mus.

mus. Consideratis tamen malis grandi- Sæcul.XIII.  
bus, quæ diuturnior in eligendo Papa A.C. 1294.  
cunctatio toti Ecclesiæ acciret, ne divi-  
no nutui obsisteremus, subivimus onus,  
imponentis auxilio confidentes. Quæ Petr. Alliae.  
verba indicant falsitatem rumoris post ap. Boll.  
annos centum sparsi, hunc virum san-  
ctum abnuisse primo pontificatum, immo  
etiam aufugisse hujus evitandi gratia:  
nec enim id omisisset in his litteris.

§. XXX.

Papa Cardinales creat.

Sabbato trimestris ecclesiastici 18 Se-  
ptembris creavit duodecim Cardina-  
les septem Gallos & quinque Italos. En-  
eorum nomina! Beraldus Degotus filius p. 427.  
Domini Villandraviæ in Vasconia sitæ, Gall. Chr.  
frater Bertrandi Degoti postea Papæ, to. I. p. 325.  
& Archiepiscopus Lugdunensis ab anno  
1290, modo Cardinalis Episcopus Alba-  
nensis. Secundus, Simon Bellolocensis p. 179.  
Archiepiscopus Bituricus ab anno 1282,  
nunc Cardinalis Episcopus Prænestinus.

Tertius Joannes Lemonius Cressiaci pro- Sup. Lib. 88.  
pe Abbatisvillam in diœcesi Ambianensi §. 33.  
natus, frater Andreæ Lemonii postea E- Auberi  
piscopi Noviodunensis. Joannes Parisiis Card. to. I.  
eruditus, ac receptus inter Doctores ju- p. 352.  
ris Röman transierat, ubi Auditor Rotæ, Gall. Chro.  
ac Siciliæ Regi singulariter cognitus fuit. to. 3. p. 821.

A a 3

Modo